AUGUSTINUS
Admont, 12. Jh.
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25973
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Sic enim intelligendum est: ego non iudicabo s; ego iudicabo. Quomodo istud potest esse verum, non tota. ego scilicet non iudicabo ex potestate humana quia filius hominis sum; ego iudicabo ex potestate uerbi quo filius dei sum. Aut si contraria et repugnantia uidentur ego non iudicabo s; ego iudicabo. Quid illic dicam? ubi autem mea doctrina non est mea. Quomodo mea. Quomodo non mea. Non enim dixit ista doctrina non est mea s; mea doctrina non est mea. Quam dixit suam. eandem dixit non suam. Quomodo istud verum est. Non secundum aliud suam dixerunt secundum aliud non suam. secundum aliam formam dei suam secundum formam seruii non suam. Cum enim dicit non est mea s; et [illegible] quia me misit ad ipsum uerbum nos fac recurrere. Doctrina enim patris est uerbum patris quia est unicus filius. Quid est et illud uult quia in me credit non in me credit. Quomodo in ipsum. quomodo non in ipsum. Quomodo tam contrarium sit; ad uersum potest intellegi. quia in me credit in quit non in me credit s; in eum quia me misit. Non tota intellegatur quia in me credit non hoc quod uidet credit ne sit spes nostra in creatura s; in illo quia suscepit creaturam in quo humanis oculis appareret ac sic ad se exquirere patiat contemplandum per fidem corda mundare. Idcoque ad patrem referens intentionem omnem credentium et dicens non in me credit s; in eum quia me misit non utique se a patre idest ab illo quia eum misit uolunt separari s; ut sic in eum crederet quomodo in patrem cum aequalis est. Quod aperte alio loco dicit. Credite in deum et in me credite. idest sicut credite in deum sic et in me. quia ego et pater unus dis. Sicut quibusque tanquam abstulit a se fidem hominum et in patrem transtulit dicendo qui non in me credit s; in eum quia me misit. a quo tamen se non utique separauit. sic etiam quod autem non est meum dare s; quod paratum est a patre meo. puto clarere secundum quod utrumque accipiendum sit. Tale est enim et illud. ego non iudicabo eum ipse iudicatur sit uiuos et mortuos. s; quia non ex potestate humana. propterea recurrens ad diuinitatem sursum erigit corda hominum. propter quod subleuanda descendit. De unitate persone filii dei et filii hominis. siue in gloria siue in humilitate;